



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē  
Istoria**

**Socrates <Scholasticus>**

**Mogvntiae, 1677**

Caput II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**

Nos vero Interpretationem Rufini in præsentia-  
rum quidem omittimus, quippe que verius pa-  
raphrasis sit quam versio. Ipsilon vero Canonem,  
prout à recentis illis Episcopis promulgatus est,  
proponentes, explicare conabimur.

Sic igitur habet Canon sextus. τὸ ἀρχαῖον  
“κρατέα, τὰ ἐπιγύρηται λεύχη τοῦ πατρός, ὅτε  
“Ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπος, πάντων τῶν εἰχόν  
“τούτους εἶναι. ἵνα δὲ τῷ πάντῃ θητούσῳ τυπο  
“σύνθετος ὄμοιος ἔται κατὰ τοῦ αὐτούς εἴη  
“Ἐν αἷλαις ἵπαρχοις, τὰ φρεστεῖα σύνθετοι εἰχόντες  
“σταύρον ἡ πρόσθια δύνατον. ὅτι εἰ τις χωρίς  
“τονὴν μητροπολίτην γένεται ἐπίσκοπος, ἢ τοιότερον  
“πον. Quea verba Dionysius Exiguus ita Latini-  
ne vertit. Antiqua consuetudo servetur per Agyptum,  
Libyam & Pentapolim, ut Alexandrinus  
Episcopus horum omnium habeat potestatem:  
quia & urbis Romæ Episcopo parilis mos est.  
Similiter autem & apud Antiochiam ceteraque  
Provincias suis privilegia servent Ecclesiæ. Il-  
lud autem generaliter clarum est, quod si quis  
præter Metropolitanus sententiam fuerit factus  
Episcopus, hunc magna Synodus definivit Epi-  
scopum esse non oportere.

## CAPUT II.

**D**uo præcipue in hoc Canone notanda sunt. Primum est hic agi de Patriarchis. Alterum est non de sola ordinatione hic agi, sed de omni iure Patriarchico. Ac prius quidem illud ita demonstrari potest. Patres Concilii Nicæni, cum Ecclesiastri quieti prospererent, in Canone quarto sanxerunt, quo ritu celebranda essent Episcoporum electiones, easque à Metropolitanis Episcopis confirmari voluerunt. Cum igitur potestas Metropolitanorum in capite illo quanto abunde stabilitas esset, quid opus erat rursus in sexto de Metropolitanis dicere. Proclus inanis ac superflua esset hæc repetitio, quæ in viro tam graves cadere non potest. Præterea in hoc capite sexto agitur de Episcopis, qui regunt Diœcesin, non autem de his, qui regunt unicam Provinciam. Atqui Metropolitanus unam duntaxat Provinciam regunt. Singuli enim præsumi Episcopis sua Provincia. Patriarchæ vero Diœcesin, id est multis simul junctas Provincias administrant, & subjectos sibi habent multos Metropolitanos. De his ergo intelligendus est hic Canon, non de simplicibus Metropolitanis. Alioquin manca atque imperfecta esset constitutio Patrium Nicænotum. Cum enim Episcoporum ordinationi abunde prospexit, quam à Metropolitanis confirmari sanxerunt, restabat ut de Metropolitanorum ipsorum ordinatione statuerent. Id autem diserte faciunt hoc Canone 6. illos à Patriarchis ordinari jubentes, qui sunt Metropolitani Metropolitanorum. Ita omnino intelligendi sunt hæc verba Canonis nostri. Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter Metropolitanus sententiam fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus definivit Episcopum es-

A se non operere. Certe Joannes Zonaras Metro-  
politanos hec loco interpretatur Patriarchas,  
qui sunt maiores Metropolitani. Nam cum Ale-  
xandria Metropolis sit totius Ægypti, & com-  
Antiochia à veteribus dicta sit Metropolis totius Orientis, Episcopi illarum civitatum, Me-  
tropolitani jure dici possunt. Cumque Patriar-  
charum nomen nondum usurpari ceperit, pro  
Patriarchis Nicæni Patres Metropolitanos viden-  
tur posuisse.

## CAPUT III.

**O**mnes certe, tam antiqui quam recentiores,  
qui ante Launoium scripserunt, Canonem  
hunc de Patriarchis intellexerunt. Primum enim  
Innocentius Papa in epistola ad Alexandrum,  
hunc Nicænum Canonem ita intellexit: ait siquidem  
Antiochenam Ecclesiam à Nicænis Patri-  
bus hoc decreto, non supra unam Provinciam,  
sed supra suam Diœcesin esse constitutam. Deinde  
ad additum Antiochenum Episcopum Metropolitanos  
præcipio quodam jure ordinare solitus es-  
se, ex auctoritate scilicet hujus Canonis Nicæni.  
Atqui ista solis convenient Patriarchis. Hi enim  
soli Diœcesin habent, & Metropolitanos ordi-  
nant, ut infra videbimus.

Innocentio accedit Hieronymus in epistola  
ad Pammachium de erroribus Joannis Hiero-  
lymiani, ita scribens. Tu qui regulas queris Ec-  
clesiasticas, & Nicæni Concilii Canonibus ueris,  
& alienos clericos, & cum suis Episcopis commo-  
rantes tibi interis usurpare, responde mihi, ad Alex-  
andrinum Episcopum. Palestina quid perti-  
ner? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palestina  
Metropolis Cesarea sit, & totius Orientis Antio-  
chia. Aut igitur ad Cesareensem Episcopum re-  
ferre debueras, cui sacerdotia communione tua com-  
municare nos noveras: aut si procul expedendum  
judicium erat, Antiochiam potius literè dirigen-  
da. Patetur Launoius, sextum Canonem Nicæni  
Concilii hic ab Hieronymo designari. Cum  
ergo dicit Hieronymus, Antiochenum Episco-  
pum ex decreto illius Canonis, habuisse ius in Ec-  
clesiam Palæstinæ, idque supra Metropolitanum  
Episcopum, de Patriarchis cum Canonem intel-  
lexerit necesse est; Patriarchæ enim erant supra  
Metropolitanos, & quasi Metropolitani Metro-  
politanorum, utsupra dixi. Unde etiam Hiero-  
nymus, tam Antiochenum, quam Caſariensem  
Episcopum ibidem vocat Metropolitanum, sic  
enim subiungit: Sed novicur Caſaream, cur anti-  
ochiam nolueris mittere. Sciebas quid fugeres,  
quid vitares. Maiusq[ue] occuparis auribus mole-  
stiam facere, quam debitum Metropolitanu[m] tuo  
bonorem reddere. Reclite ergo Petrus de Marca  
obseruavit, Canonem sextum Nicæni Concilii  
de Patriarchis, & de Patriarchico jure intel-  
ligum esse ab Hieronymo.

Præterea Joannes Scholasticus, qui regnante  
Justiniano Patriarcha fuit Constantinopolensis,  
in collectione Canonum nuper Parisis edita,  
sexturn hunc Canonem de Patriarchis intelli-  
git. Nam in primo titulo collectionis lxx, qui

Aa 11j